



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale,|| In Qvo || Vniversa || Materia De ||  
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per  
Quæstiones explicatur**

**Eisengrein, Martin**

**Ingolstadii, 1577**

**VD16 E 795**

III. Quo iure ad tam strictam Secreti obseruationem in Confessione  
Sacerdos teneatur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30362**

## *Caput VII. De Secreto seu Sigillo*

qui publico hac in re Ecclesiæ ministerio fungitur, & veluti D E V S ipse, ea percipit, & intelligit. Non enim ut homo homini, peccator Sacerdoti seipsum cum tanta humilitate, & deiectione in Confessione prostrat, & cuncta tam cordis, quam operis malefacta ei reserat; sed ipsem D E O omnia in Sacerdote percipienti se totum expandit, & reclusis animi visceribus patefacit. Audit igitur D E V S confitentem in Sacerdote, & in eodem Sacerdote ligat, & absoluit confessum. Dicat itaque, vna cum Esaia Propheta, Ecclesiæ; cui officio deseruit minister ipse Sacerdos: Secretum meum mihi, secretum meum mihi. Quia si Cham patri Noë displicuit, quod verenda corporis ipsius non absconderit, sed cum irrisione monstrauerit; propterea que in nepotem maledictionis nota haereditario quodam iure projecta est, quantò magis Diuinam incurret iram, qui animorum dedecora occultè sub velo Confessionis audita inuulgauerit? Sacramentum enim Regis Confessio est; at Sacramentum Regis, ut inquit Thobias, abscondi debet.

*Quæstio III.* *Quo iure ad tam strictam Secreti observationem in Confessione Sacerdos tenetur?*

*Respoſio.* *I*ure naturali, Diuino & humano.

*Quomo-*

Eſa. 24.

Genes. 9.

Thob. 12.